886

# HIC incipit LIBER primus SALUSTII :~

OMNIS homines qui sese stu
dent prestare ceteris animalibus
summa ope niti decet, ne uitam
silentio transeant, uelut pecora que natura prona atque
uentri obedientia finxit. Sed nostra omnis uis in animo et
corpore sita est. Animi imperio corporis seruitio
magis utimur. Alterum nobis cum diis, alte
rum cum beluis commune est. Quo mihi rectius esse uidetur
ingenii quam uirium opibus gloriam querere, et quoniam uita ipsa qua
fruimur breuis est, memoriam nostri quam maxime longam
efficere. Nam diuitiarum et forme gloria fluxa atque fra
gilis est. Virtus clara eternaque habetur. Sed diu ma
gnum inter mortales certamen fuit, uine an corpo
ris an uirtute animi res militaris magis procederet.
Nam et prius quam incipias consulto, et ubi consulueris mature
facto opus est. Ita utrumque per se indigens alterum alterius
consilio eget. Igitur initio reges nam in terris nomen imperii

886. Palatin.

© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_886/0007